



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Post Missam. Gratiarum actio, & Vox laudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

*Grat. actio, &c. 145*  
cordia ocalorum tuo-  
rum, aspiciente clemē-  
tia viscerum tuorum,  
sed euadam ad te Do-  
minum Deum meum,  
patrem meum. *Aug.*  
*johiloq. B. c. 37.*

---

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &*  
*Vox laudis.*

**P**ater luminum, à  
quo est omne da-  
tum optimum, quan-  
tum teneor diligere te  
ostende mihi: quantum  
G debeo



146 *Die Martis*

debeo laudare te de-  
monstra mihi: quātūm  
debeo placere tibi, in-  
notesce mihi. Intona,  
Domine, de super voce  
grandi, & forti in inte-  
riorem aurem cordis  
mei, doce me, & salua  
me, & collaudabo te,  
qui creasti me, cū  
nihil essem, qui illu-  
minasti me, cū in te-  
nebris essem, qui refuf-  
citasti me, cū mortuus  
essem, qui pauisti me à  
iuuentute mea omni-  
bus bonis tuis. Hunc  
inutilem vermem, fœ-  
tētem peccatis nutris  
omni-



*Grat. actio, &c. 147*

omnibus donis tuis.  
Aperi mihi, ò clavis  
David, qui aperis, &  
nemo claudit illi, cui  
tu aperis: claudis, &  
nemo aperit illi, cui tu  
claudis. Aperi mihi  
ostium luminis tui, &  
ingrediar, & videam, &  
cognoscam, & confi-  
tear tibi in toto corde  
meo, quia misericor-  
dia tua magna est super  
me. Et vnde hoc mihi,  
o creator cœli, & ter-  
ræ, & abyssi, qui bono-  
rum meorum non indi-  
ges, vnde hoc mihi  
quòd dilexisti me? O

G 2      fa-



148 *Die Martis*

sapiētia, quæ aperis os  
mutorum! O verbum,  
per quod facta sunt  
omnia, aperi os meū,  
da mihi vocem laudis,  
vt enarrem omnia be-  
neficia tua, quæ mihi,  
Domine, a principio  
contulisti.

*Luc, II.*

Beatus venter, qui te  
portauit, & vbera quæ  
suxisti. Beata viscera  
Mariæ Virginis, quæ  
portauerunt æterni pa-  
tris filium; & beata  
vbera quæ lactauerunt  
Christum Dominum.

OBLA